The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Discere m

cum fonte primo

Interdum expedit patriam negligere
ut sapienciam quis possit adquirere.
Vlixes Ytacus, nisi hoc fecisset, laboribus propriis forte latuisset,
cuius sapienciam hinc maxime Homeri nobile carmen asseruit

dum illi prudentiores sunt semper habiti
qui multorum hominum conuersacionibus probantur eruditi.

Cassiodorus libro I. epistolarum.

Ita enim et illis ingenii prouectus acquiritur
et nostrae utilitatis ratio custoditur:
quibus mora potest esse proficua,
dum interdum expedit patriam neglegere,
ut sapientiam quis possit acquirere.
Vlixes Ithacus in laribus propriis forte latuisset,
cuius sapientiam hinc maxime Homeri nobile carmen asseruit,
quod multas ciuitates et populos circumiuit,
dum illi prudentiores sunt semper habiti,
qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 1.39.2
(CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.44, ll.12-19).